TALIS *p*) & IOANNES VOETIVS. *q*) Sed si probe verba considerés, quae ideo adscripsimus, & curatius pensites rationem, qua in enunciandis sententiis suis vsi sunt ICti, parum aberit, quin cum DIDACO COVARRVVIA *r*) & MARQVARDO FREHERO, *s*) aliisque, quorum permulti sunt, statuas, in varias partes circa hanc quaestionem abiisse veteres.

§. XII.

Sicuti ergo in omnibus illis locis dissenserunt inter se ICti romani, ita quoque in istis capitibus, quae in initio huius capitis *a*) exscripsimus, PAVLVS & POMPONIVS contrarias sententias, forte ille Sabinianorum, hic Proculeianorum, amplexi esse videntur. Neque vereor, quin a vero aberrem, dum ex rationibus, quas ICti suis sententiis adiecerunt, ipsam dissensionis caussam eruam. PAVLVS enim ideo bonae fidei possessori omnes fructus, etiam naturales, tribuit, quia hic, quod ad fructus attinet, loco domini paene est. Iam vero, quae sata in alieno fundo sunt, solo cedere intelliguntur. *b*) Et hoc ita, quia

omnis

p) *Lib.* I. *variar. lection. c.* 19. *nr.* 10 sqq. in EV. OTTONIS *thesauro iur. ciu. Tom.* II. *pag.* 646.

q) in *Commentar. ad Pandect. Tit. de acquir. rer. dom.* §. 31. *Tom.* II. *pag.* 754. editionis, quae *Hagae Comit.* 1707. prodiit.

r) *Lib.* I. *variar. resolut. cap.* 3.

s) παρέργων seu verisimilium *Lib.* II. *c.* 24. in EVERH. OTTON. *thes. iur. ciu. Tom.* I. *pag.* 938.

a) Vid. supra §. 1. *pag.* 15 sq.

b) Ita tradit IVSTINIANVS in §. 32. I. *de rer. diu.* conuenienter iis, quae habet CAIVS Lib. II. Instit. Tit. 1. §. 4. apud ANTON.

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden
gefördert von der Deutschen Forschungsgemeinschaft DFG